Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26658
Copyright: Admont, Benediktinerstift

nute spiritum tuum sine quo nichil est validum. nichil sanctum
multiplica super nos misericordiam tuam: ut te rectore te duce sic
transeamus per bona temporalia ut non amittamus eterna. Dominica iiii.
Deus a nobis domine quesumus ut et mundi cursus pacifice nobis tuo ordine
dirigatur. et ecclesia tua tranquilla devotione letetur. Dominica v.
Deus qui diligentibus te bona invisibilia preparasti infunde
cordibus nostris tui amoris affectum: ut te in omnibus et super
omnia diligentes promissiones tuas quas omne desiderium superat
consequamur per. Dominica vi. Deus virtutum cui est
totum quod est optimum insere pectoribus nostris amorem tui
nominis et presta in nobis religionis augmentum. ut et que
bona sunt nutrias. ac pietatis studio quod est iustum custo
dias. Dominica vii. Deus cuius providentia in sui dispositione
non fallitur te supplices exoramus: ut noxia
cuncta submoveas et oblata nobis profutura concedas per. Dominica viii
Largire nobis domine quesumus spiritum cogitandi quod rectum est et pia
et agendi: ut qui sine te esse non possumus secundum te viuere valeamus. Dominica ix.
Pateant aures misericordie tue precibus supplicantium et ut petentibus desiderata concedas fac
eos quod tibi sit placata postulare. Dominica x. Deus qui
omnipotentiam tuam parcendo maxime et miserando
manifestas multiplica super nos gratiam tuam: ut ad tua
promissa currentes celestium bonorum facias esse consortes per.
Dominica xi. Omnipotens sempiterne deus qui habundantia pietatis
tue et merita supplicum excedis et vota. effunde super nos
misericordiam tuam ut dimittas quod conscientia metuit et adiuges
quod oratio non presumit. Dominica xii. Omnipotens et misericors deus
tecum munere venit ut tibi acceptus tuus dignus et
laudabilis seruetur. tribue quesumus ut ad promissiones
tuas sine offensione curramus. Dominica xiii. Omnipotens sempiterne